



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Urbibus, Templis,  
Bibliothecis, et aliunde**

**Sweerts, Pierre François**

**Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.**

Vvirtzebvrgensia, Vel Herbipolensia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69234)

ad auita conditoria deposita sunt. V. C. V.  
 Principis VLRICI potuisti tollere corpus  
 Inuida mors, animam tollere nulla potes.  
 Scilicet hoc solo fuerat mortalis. At idem  
 Parte tamen viuit nobiliore sui.

D. O. M. S.

Vt omne natum caducitati subiectum, ita & eo-  
 dem decreto, Illustriss. Princeps Maximilianus  
 Dux VVirtemberg. &c. Anno salut. M. D. LVI.  
 XXVII. die Augusti natus, mens. VI. dieb. XXII. su-  
 perstes, infans dulciss. parentes optatæ vitæ deside-  
 rio priuauit ann. Christi M. D. LVII. mens. Mart.  
 die XVII. Cuius ossa XIX. eiusdem mens. huc ad  
 auita conditoria translata sunt.

VVIRTZEBVVGENSIA,

VEL

HERBIPOLENSIA.

IN SVMMO TEMPLO.

CONRADO à THVNGEN Episcopo VVir-  
 zeburg. & Franciæ Orientalis Duci, præci-  
 puæ viro iustitiæ, egregiæ eruditionis, tem-  
 perantiæ singularis, acutissimiq; iudicij, quem pri-  
 mo statim susceptæ administrationis limite arre-  
 ptum vesani huius seculi dissidiû, seditio, & calû-  
 nia seueriter diu & contumeliosè habitum, vnâ  
 cum Ecclesia eius, extremæ penè subiecissent in-  
 ternecioni, in Deo suffragante, aduersus iniquis-  
 simæ fortunæ procellas vigili prudentia, infracta  
 dexteritate, tolerantiaq; mirâda grauiter superas-  
 set,



set, æquiore seculo digniff. vixit autem an. plus mi-  
nus LXXIV. præfuit an. XXI. mens. IV. dies X. Obijt  
XVI. Kal. Iul. Anno salut. M. D. XL. communi fbo-  
rum mœrore & luctu, vt vmbra corporis comes,  
sic fascium cura, labor, ærumnæ, atque mille peri-  
cula; quæ strenuè vtentem sequuntur vndique, sed  
vincit ille cuncta, qui fidit Deo.

AD TVMVLVM MAVRITII AB  
HVITEN EPISCOPI EYSTETTEN-  
fis, &c.

*Aspicis humana breuis vt sit linea vita,  
Vt dubias verset mors inopina vices.  
Fata manent quemuis, humili seu stirpe parentum,  
Siue sit à magnis nobilis ortus auis.  
Grandia nec profunt vel pondera diuitis auri,  
Lecta vel in rubro gemmea gaza mari.  
Omne relinquendū est, cum venerit horula mortis,  
Suaue prius quicquid, vel tibi dulce fuit.  
Talia peccati labes ab origine prima,  
Noxius hæc meruit præmia lapsus Adæ.  
At benè qui vixit, moritur benè, dignus olympo,  
Sanguis & quanquam corpus inane iacet:  
Vis tamen haud anima cum corporis interit vmbra,  
Vita sed huic Christus, mors erit ipsa lucrum.  
Viue memor lethi quisquis cœlestia curas,  
Sic lethi victor gaudia lata feres.  
Vixit ann. XLIX. dies II. Obijt viii. Id. Decemb.  
Anno LII.*

IVLIVS EPISCOPVS VVIRTZEBVRG.  
& DVX FRANC. CARISS. FRATRI SVO  
Sebastiano Echtero à Mespelbron, V. I.  
Doctori POS.



Tibi care meum frater testabor amorem,  
 Qui raperis fatum iunior ante meum?  
 Hoc tua componam, quod nunc licet, ossa sepulchro,  
 Perpetuas animo constituamq; preces.  
 Morte tua dolui, lacrymas fudere parentes,  
 Tu sapiens, doctus, religiosus eras.  
 Spes erat auxilio mihi te, sed vana, futurum,  
 Imperij dum me sarcina bina premit.  
 O vitam pariter, possis vt viuere mecum,  
 Tempora sint vita dimidiata mea.

Obijt anno Domini 1575. die 7. Nouembr. Anno  
 ætat. suæ 30.

IOANNIS SINAPII MEDICI  
 CLARISS.

Heu vester ille concidit SINAPIVS,  
 Legete Musæ, quem tulit Suinfordia  
 Mater parenti consuli. Vos inclytæ  
 Duxistis alti sub iugum montis Deæ,  
 Vbi Latinas Atticasq; litteras  
 Felix puer cum lacte primo disceret.  
 Maiora Phœbus huic repente contulit,  
 Artem medendi industrium vt iuuenem decet.  
 Hac ille carus regibus multis fuit;  
 Primum Renatæ Franciæ ad ripam Padi:  
 Deinde magno Prasuli Zobellio,  
 Alijsq; multis: atq; cùm prudentia  
 Præstaret, eloquentiaq; viribus;  
 Quintas loquentem comprobauit Carolus.  
 Nil ergo mirum si modò SINAPIVS  
 Viuit, nec eius vnquam abolabitur decus.

MENS



*Mens sancta cælo continetur, anxie  
Diem resurrectionis expetens,  
Christo iubente quando spiritus suum  
Corpus reducet, atq; viuent mortui.*

*Vale viator, & memor SINAPII,  
Cui Bruma vitam, Bruma funus attulit,  
Vinumq; trade, mortuumq; te Deo.*

## DEO IMMOR. SACR.

Et virtuti ac memoria clementiss. Principis Melchioris ex antiqua Zobelliorum gente, Reuerendissimi huius Ecclesiæ Præsulis sexagesimi, qui adolescentia multis magnisque in negotijs acta, cum proximum ab eo, qui primus est in amplissimo collegio, dignitatis gradum adeptus esset; unanimi deinde amplissimi Senatus consensu, caput Ecclesiæ VVirtzeburg. inclytæque Ostrofrancie Dux factus, magna laude, summo erga suos studio, summa voluntate, egregia fide, singulari pietate, iustitia, temperantia annis octo Rempubl. administravit. Idem Marchico deinde bello sæuissimo, tentatis frustra sæpè conditionibus, extrema petiti, quam suos in hostium potestatem venire miluit. Ideoque sumptus incredibiles, maxima pericula, damna, direptiones, incendia, omniaque hostilia fortiter in tertium vsque annum sustinendo; tandem prælio ac periculo vitæ, ter hostibus in fugam actis, patriam à crudelissima servitute liberavit, pacem ac tranquillitatem subditis suis, Deo adiuvante, restituit: toti que Imperio factum suum comprobavit. Sed, ô fallacem hominum spem, fragilemque fortunam, quadriennio post, pace iam composita, anno D. LVIII. su-

pra



prà millefimum, xvii. Kalend. Maij à xv. coniu-  
 ratis illius belli reliquijs, in prooppido insidian-  
 tibus, ex vrbe in arcem ascensus, globo per pa-  
 pillam sinistram nefariè traiectus, vnà cum duo-  
 bus nobilibus aulicis suis præstrenuis iuuenibus  
 VV. Carolo à VVencheine, & Iacobo Fuchs, pro  
 patria, quam conseruarat, mortem in Christo feli-  
 cem, nobis autem perluctuosam, Princeps opt. glo-  
 riosè oppetijt, cum annos XIII. mens. VIII. dies  
 v. præfuisset, Reuerendissimus amplissimusque  
 Princeps Fridericus à VVirtzburg. Episcopus, ac  
 Franciæ Dux, successor, & in eius morte decoranda  
 studiosissimus. H. M. P. C.

## ALIVD.

*Conditur hac DANIEL STIBARVS vir ma-  
 gnus in vrna,*

*Quem meritò sequitur gloria, fama, decus.*

## D. O. M. S.

D. DANIELI STIBARO à Rabeneck huius  
 edis, ac aliarum aliquot Canon. & præpos. Eq.  
 Ord. viro, pietate, eruditione, rerum experientia,  
 omnique adè virtutum genere, non priuatis tan-  
 tum & suis, sed summi ord. principib. etiam exte-  
 ris probatiss. necnon literatorum ac bonorum o-  
 mnium fautori patronoq; singulari: qui in grauiff.  
 Reip. negotijs annis amplius xx. summa fide &  
 integritate versatus, ita vt salutari eius consilio  
 multoties adiutam sese patria perspexerit, pro cu-  
 ius & salute, bello turbulentiss. temporibus neces-  
 sariò legationis munere perfunctus, deficientibus  
 in itinere viribus, breui pòst tempore, nò sine ma-  
 gno multorū, ac opt. cuiusq; mœrore, succubuit.


Vixit



Vixit annos plus minus III. Execut. Test. F. c.c.  
Anno 1555.

EPITAPHIVM CONRADI EPI-  
SCOPI.

*Hic procumbo solo, sceleri dum parcere nolo,  
Vulnera facta dolo dent habitare polo.*



HERVORDIAE.

IOAN. GLANDORPII MONASTE-  
RIENSIS.

**L** Vce bis vndena Februari Glandorpius atri  
Absumptus curis in sua fata ruit.  
*Ossa boni cineresq; viri tegit humida tellus.  
Aspectu si uitur mens animosa Dei.*

E REGIONE IN COLVMNA  
LAPIDEA.

GLANDORPI, cuius studiumq; fidemq; laurus  
*Sensit, amans tellus hoc capit ossa sola.*

DE EODEM HENR. SIBAEVS  
OLPHENIVS.

*Lector amans Christi, iacet hic Glandorpius ille,  
Musarum cultor, Pieridumq; decus.  
Quem nunquam viuum Germania tota prehendit,  
Defunctum tumulus continet exiguus.*



MAGDEBURGI.

I. V. L. CAES. SCALIGER.